

# Facies Hippocratica

af Kirsten Jungersen

## Forbemærkninger

Nedenfor følger to forskellige præsentationer af et medicinhistorisk emne.  
De er beregnet på hvert sit gymnasiefag: oldtidskundskab og latin.

Til oldtidskundskab foreslås oversættelsen af Celsus' korte og klare beskrivelse af de lægelige kendetegegn på forestående eller indtruffen død. Den er fra et af de mange grænseområder mellem litteratur og medicin.

Desuden egner den sig til perspektivering, eftersom kendetegegnene ikke alene er hentet fra en ca. 500 år ældre græsk tekst, men også lever videre sammen med den hippokratiske lægekunst i mindst 1700 år i udtrykket *Facies Hippocratica*, det hippokratiske ansigt. Det seneste eksempel jeg indtil videre er stødt på, står i en artikel fra 1779 af den københavnske læge de Meza.

Til anvendelse i latin følger en dokumentationsdel, bestående af Celsus' tekst på latin efter Loebudgaven fra 1935 og det afsnit i Kühns Galenudgave fra 1830, hvor Galen kommenterer de fortløbende Hippokratescitateter om samme emne. Her gengiver jeg både Hippokratescitateterne og Galenkommentarerne i den oversættelse til latin som Kuhn har valgt til sin udgave af de græske tekster med paralleloversættelse. Hippokatescitateterne er sat i kursiv. Jeg har kun anført begyndelsen af Galens ofte meget lange kommentarer.

Teksterne er let læselige og konkrete og egner sig fortrinligt til sammenligning mellem de tre yderst forskellige måder at udtrykke sig på.

Til hjælp for perspektiveringens har jeg skrevet en lille introduktion som både kan bruges til oldtidskundskab og til latin.

## Facies Hippocratica

Udtrykket *Facies Hippocratica*, det hippokratiske ansigt, møder man i medicinhistoriske skrifter, så længe den hippokratiske medicin gælder og kommunikeres på latin, d.v.s. mindst til det 18. årh. i Danmark. Det behøver da ingen forklaring, alle ved, at det er en beskrivelse af et dødsmærket ansigt, og at lægen, når han ser det, bør underrette de pårørende og selv bøje sig for det uafvendelige.

*Facies Hippocratica* kendetegnes bl.a. ved en spids næse, indfaldne tindinger,

hule øjne og øreflipper som hænger slapt ned.

En undersøgelse af udtrykkets historie kaster et hurtigt blik hele vejen igennem medicinhistorien tilbage til udgangspunktet, den berømte Hippokrates, som levede på Sokrates' tid. Det er meget karakteristisk for medicinhistorien, at udtrykket er på latin, mens den oprindelige iagttagelse har været udtrykt på græsk, først i *Corpus Hippocraticum* og senere i 2.årh. i Rom, hvor Galen fra Pergamon på græsk kommenterede udvalgte skrifter fra *Corpus*.

Det blivende udtryk udmøntes i oversættelser til latin af Hippokrates og Galen i renæssancen.

Paracelsus (1493-1541) prøver at rive lægekunsten løs fra de skrevne latinske kilder (som på dette tidspunkt også omfatter skrifter overleveret via de arabiske læger), men også hos Paracelsus finder man den traditionelle latinske gengivelse af de fatale kendetegegn i *Facies Hippocratica*, og det lykkes ikke for ham at gøre det af med latin som lægesprog.

Hvis vi igen går tilbage i tiden til tidlig kejsertid i Rom, kan vi dér finde et glimrende eksempel på hvordan romerne forholdt sig til den græske lægekunst. Eksemplet er Celsus, som normalt bærer betegnelsen encyklopædist, fordi han har skrevet om mange andre ting end lægekunst, men det er kun hans otte indsigtfulde bøger "de Medicina", som er bevaret. Celsus levede på kejser Tiberius' tid og skrev et udmærket latin. Han har ganske vist ikke benyttet udtrykket *Facies Hippocratica*, men hans gennemgang af dødstege følger nøje de hippokratiske kendetegegn. Kapitlet følger i oversættelse herunder, og for dem, der har interesse i at studere Celsus på hans eget sprog, er det indsat i Loebudgavens version bagefter.

Ligeledes har jeg til glæde for latinlæsere afskrevet Kühns udgave af det sted, hvor Galen knytter sine kommentarer til det pågældende Hippokratescitat. Det er for bedre at kunne sammenligne med Celsus, jeg har foretrukket den af Kühn valgte latinske oversættelse frem for den græske tekst. Denne version får lov at stå uoversat, for Galens Hippokratesciter og hans egne kommentarer hertil sætter dejligt de meget forskellige sprogtoner op imod hinanden på latin. Det er desuden denne "Galenus Latinus", som kommer til at få den længevarende indflydelse i medicinhistorien.

1. Men under dette er der dog, selv når frygten er dukket op, håb tilbage: men at man nu er nået til det yderste, herom vidner en spids næse, indfaldne tindinger, hule øjne, ører, som er kolde og slappe og let hængende i de nederste dele, en hud, som omkring panden er hård og spændt,
2. en enten helt sort eller helt bleg farve, og desto mere, hvis dette forholder sig sådan, at der forud for dette hverken er gået søvnloshed eller diarrhoe eller underernæring. Af de grunde opstår undertiden et sådant udseende, men det afsluttes igen i løbet af en dag: derfor er det, når det varer længere, et tegn på døden.
3. Men hvis der ved en kronisk sygdom i så meget som tre dage forefindes et sådant udseende, er døden nært forestående, og desto mere, hvis derudover øjnene også skyr lyset og løber i vand, og hvis det hvide i dem er rødt, og småårerne i dem er blege, og de opståede søvnklatter i dem bliver siddende i øjenkrogene, og det ene af øjnene er mindre end det andet, og de enten er voldsomt indsunkne eller blevet mere udstående, og øjenlågene under søvn ikke når sammen, men noget af det hvide i øjnene kommer til synе mellem dem, og det ikke er en diarrhoe, som har givet det udtryk;
4. og hvis de samme øjenlåg er blege, og bleghed også tager farven fra læber og næse; og hvis læber og næse og øjne og øjenlåg og øjenbryn eller en af de nævnte er forvrænget; og hvis den syge på grund af svaghed allerede ikke hører eller ikke ser.
5. Det er også et signal om død, når en på ryggen liggende patient har optrukne knæ; når han bliver ved med at falde ned i fodenden; når han blotter arme og ben og breder dem uordentligt ud, og de mangler varme; når han har åben mund, og når han sover vedvarende; når han uden bevidsthed skærer tænder, og han ikke plejer at gøre det som rask; når et ulcer, som enten er opstået før eller under selve sygdommen, bliver tørt og enten blegt eller blåligt.
6. Følgende er ligeledes tegn på død: blege negle og fingre og en kold ånde; eller hvis en patient under feber og akut sygdom eller vanvid eller smerte i lunge eller hoved samler totter på sit tøj eller hiver trævler af eller piller små udspring af en tilstødende væg. På samme måde hvis smerter, som er opstået ved hoftebenene og de nedre partier, går over til indvoldene og pludselig holder op, vidner de om, at døden er nær, og i højere grad, hvis også andre tegn kommer til.

7. Heller ikke står han til at redde, som uden nogen svulst har feber og pludselig er ved at kvæles eller ikke kan synke sit spyt; eller han i samme feber- og kropstilstand, hvis hals forvrides sådan, at han ligesådan ikke kan sluge noget; eller han, for hvem der samtidig optræder vedvarende feber og den yderste legemssvækelse; eller han, hvis yderside er kold, selv om feberen ikke har sluppet sit greb, mens den indre del er så varm, at den også medfører tørst; eller han, hvis feber på samme måde ikke hører op, mens han på en gang plages af delirium og åndenød; eller han, som har drukket nyserod og gribes af krampe; eller han, som mister taleevnen under fuldkab:

8. han går nemlig til i krampe, med mindre enten feber støder til, eller han begynder at tale på det tidspunkt, hvor fuldkaben må holde op. En gravid kvinde bukker også let under for akut sygdom; og den, for hvem søvn øger smerten; og den, for hvem der straks under en ny sygdom kommer sort galde ud enten forneden eller foroven; eller den, hos hvem den udtømmer sig på den ene eller den anden måde, når vedkommendes krop allerede er svækket og medtaget af lang sygdom.

9. Også spyt med galde og forrådnelse, hvad enten det kommer ud adskilt eller blandet, viser en dødsrisiko. Og dersom han er begyndt at have det sådan omkring den syvende dag, er det en følge, at han afgår ved døden omkring den fjortende dag, med mindre andre mildere eller værre tegn kommer til; jo lettere eller alvorligere tegn der følger efter, desto senere eller tidligere en død melder de om.

10. Også koldsved er ved akut feber ulykkessvanger og under al sygdom opkastning, når den er forskelligartet og mangefarvet, især hvis der er en grim lugt forbundet med den. Og det er dødbringende at opkaste blod under et feberanfald.

11. En rød og tynd urin plejer at tyde på stor ufordøjethed og bortrøver ofte et menneske, før den med tiden bliver modnet: derfor, hvis urinen er sådan i længere tid, viser den fare for død. Det værste tegn og det mest dødbringende er dog sort, tyk, ildelugtende urin; og det er det værste hos mænd og kvinder: men hos børn er det den, som er tynd og gennemsigtig.

12. En forskelligartet afføring er også et dødsvarsel, når den viser afskrab, blod, galde, et grønt stof, og det snart til hver sin tid, snart samtidig, og i en vis sammensætning, men dog adskilt. Men dette kan godt trække lidt længere ud: men at det nu er lige op over, afslører afføringen, når den er flydende og på

samme tid enten sort eller bleg eller fed, især hvis den er ledsaget af en voldsom ildelugt.

13. Jeg ved, at jeg kan blive spurgt af nogen: Hvis der findes sikre tegn på en forestående død, hvor kan det så være, at nogle, som er opgivet af lægerne, undertiden kommer sig? og at man fortæller, at visse mennesker er kommet til live igen under selve begravelsen?

14. Den med rette berømte Demokrit fremførte oven i købet, at der ikke findes tilstrækkeligt sikre kendetegn på et afsluttet liv, som lægerne kunne have tillid til: i den grad kunne han ikke gå med til, at der eksisterer sikre tegn på en forestående død.

15. Mod disse indvendinger vil jeg ikke engang nævne den omstændighed, at visse tegn, som ofte ligger meget tæt på hinanden, narrer om ikke de gode, så dog de uerfarne læger, og den, at Asklepiades ved et møde med et begravelsesoptog opdagede, at personen på båren var i live; og, at noget ikke straks er kunstens fejl, hvis det skyldes udøveren af kunsten.

16. Det vil jeg dog mere stiltfærdigt føje til, at lægekunsten beror på formodningskunsten, og at beskaffenheten af formodninger er sådan, at skønt de ret ofte rammer rigtigt, kan de dog også undertiden ramme ved siden af. Det er derfor ikke sådan, at, hvis noget en gang imellem fejler i knap nok et tilfælde ud af tusinde, at det så ikke har nogen anvendelighed, når det rammer rigtigt ved utallige mennesker.

17. Og det siger jeg ikke kun ved de kendetegn, som er dødbringende, men også ved dem, som er helsebringende; også selv om håbet en gang imellem skuffes, og en patient dør, om hvilken lægen ellers først var sikker; og selv om de ting, som man har fundet på for at helbrede, af og til forværre tilstanden.

18. Det kan den menneskelige afmagt ikke undgå ved en så stor forskelligartethed af legemstyper. Men alligevel er der tiltro til lægekunsten, fordi den jo meget oftere og i mange flere tilfælde er til gavn for de syge. Dog bør man se i øjnene, at ved de akutte sygdomme er kendetegnene på såvel helbredelse som død mere bedrageriske.

Celsus: *De Medicina*, Liber II, 6, 1-18

1. Sed inter haec quidem propositu metu spes tamen superest: ad ultima vero iam ventum esse testantur nares acutae, conlapsa tempora, oculi concavi,

frigidae languidaeque aures et imis partibus leviter aversae, cutis circa frontem dura et intenta:

2. color aut niger aut perpallidus, multoque magis, si ita haec sunt, ut neque vigilia praecesserit neque ventris resolutio neque inedia. Ex quibus causis interdum haec species oritur, sed uno die finitur: itaque diutius durans mortis index est.

3. Si vero in morbo vetere iam triduo talis est, in propinquu mors est, magisque, si praeter haec oculi quoque lumen refugiunt et inlacrimant, quaeque in iis alba esse debent, rubescunt, atque in iisdem venulae pallent, pituitaque in iis innatans novissime angulis inhaerescit, alterque ex his minor est, iique aut vehementer subsederunt, aut facti tumidiores sunt, perque somnum palpebrae non committuntur, sed inter has ex albo oculorum aliquid appetet, neque id fluens alvus expressit;

4. eademque palpebrae pallent, et idem pallor labra et nares decolorat; eademque labra et nares oculique et palpebrae et supercilia aliquave ex his pervertuntur; isque propter inbecillitatem iam non audit, aut non videt.

5. Eadem mors denuntiatur, ubi aegri supini cubantis genua contracta sunt; ubi is deorsum ad pedes subinde delabitur; ubi brachia et crura nudat et inaequaliter dispergit, neque iis calor subest; ubi hiat, ubi adsidue dormit; ubi is, qui mentis suae non est, neque id facere sanus solet, dentibus stridet; ubi ulcus, quod aut ante aut in ipso morbo natum est, aridum et aut pallidum aut lividum factum est.

6. Illa quoque mortis indicia sunt: unguis digitique pallidi, frigidus spiritus; aut si manibus quis in febre et acuto morbo vel insania pulmonisve dolore vel capitis in veste floccos legit fimbriasve deducit, vel in adjuncto pariete, si qua minuta eminent, carpit. Dolores etiam circa coxas et inferiores partes orti, si ad viscera transierunt, subitoque desierunt, mortem subesse testantur, magisque si alia quoque signa accesserunt.

7. Neque is servari potest, qui sine ullo tumore febricitans subito strangulatur, aut devorare salivam suam non potest; cuive in eodem febris corporisque habitu cervix convertitur sic, ut devorare aequa nihil possit; aut cui simul et continua febris et ultima corporis infirmitas est; aut cui febre non quiescente exterior part friget, interior sic calet, ut etiam sitim faciat; aut qui febre aequa non quiescente simul et delirio et spirandi difficultate vexatur; aut qui epoto veratro exceptus distentione nervorum est; aut qui ebrius ommutuit:

8. is enim fere nervorum distentione consumitur, nisi aut febris accessit, aut eo tempore, quo ebrietas solvi debet, loqui coepit. Mulier quoque gravida acuto morbo facile consumitur; et is, cui somnus dolorem auget; et cui protinus in recenti morbo bilis atra vel infra vel supra se ostendit; cuive alterutro modo se prompsit, cum iam longo morbo corpus eius esset extenuatum et adfectum.
9. Sputum etiam biliosum et purulentum, sive separatim ista sive mixta proveniunt, interitus periculum ostendunt. Ac si circa septimum diem tale esse coepit, in proximum est, ut is circa quartum decimum diem decedat, nisi alia signa mitiora peiorave accesserint; quae quo leviora graviorave subsecuta sunt, eo vel seriorem mortem vel maturom denuntiant.
10. Frigidus quoque sudor in acuta febre pestifer est, atque in omni morbo vomitus, qui varius et multorum colorum est, praecipueque si malus in hoc odor est. Ac sanguinem quoque in febre vomuisse pestiferum est.
11. Urina vero rubra et tenuis in magna cruditate esse consuevit, et saepe, antequam spatio maturescat, hominem rapit: itaque si talis diutius permanet, periculum mortis ostendit. Pessima tamen est praecipueque mortifera nigra, crassa, mali ordoris; atque in viris quidem et mulieribus talis deterrima est: in pueris vero quae tenuis et diluta est.
12. Alvus quoque varia pestifera est, quae strigmentum, sanguinem, bilem viride aliquid, modo diversis temporibus, modo simul, et in mixtura quadam, discreta tamen repraesentat. Sed haec quidem potest paulo diutius trahere: in praecipi vero iam esse denuntiat, quae livida eademque vel nigra vel pallida vel pinguis est, utique si magna foeditas odoris accessit.
13. Illud interrogari me posse ab aliquo scio: si certa futurae mortis indicia sunt, quomodo interdum deserti a medicis convalescant? quosdamque fama prodiderit in ipsis funeribus revixisse.
14. Quin etiam vir iure magni nominis Democritus ne finitae quidem vitae satis certas notas esse proposuit, quibus medici credidissent: adeo illud non reliquit, ut certa aliqua signa futurae mortis essent.
15. Adversus quos ne dicam illud quidem, quod in vicino saepe quaedam notae positae non bonos sed inperitos medicos decipiunt, quod Asclepiades funeri obvius intellexit (quendam) vivere qui efferebatur; nec protinus crimen artis esse, si quod professoris sit.
16. Illa tamen moderatius subiciam, coniecturalem artem esse medicinam, rationemque coniecturae talem esse, ut, cum saepius aliquando responderit,

interdum tamen fallat. Non si quid itaque vix in millensimo corpore aliquando decipit, id notam non habet, cum per innumerabiles homines respondeat.

17. Idque non in iis tantum, quae pestifera sunt, dico, sed in iis quoque, quae salutaria; siquidem etiam spes interdum frustratur, et moritur aliquis de quo medicus securus primo fuit: quaeque medendi causa reperta sunt, nonnumquam in peius aliquid convertunt.

18. Neque id evitare humana inbecillitas in tanta varietate corporum potest. Sed tamen medicinae fides est, quae multo saepius perque multo plures aegros prodest. Neque tamen ignorare oportet in acutis morbis fallaces magis notas esse et salutis et mortis.

Claudii Galeni Opera Omnia

Editionem curavit D. Carolus Gottlob Kühn. Professor Physiologiae et Pathologiae in Literarum Universitate Lipsiensi Publicus Ordinarius etc. Lipsiae 1830

Tom. XVIII. Pars II.

Hippocratis Prognosticon et Galeni in eum librum Commentarius I.

V. Sunt autem haec in acutis morbis consideranda: primum quidem an ejus qui aegrotat facies similis sit bene valentium, sed maxime an sibi ipsi; talis namque optima est. Pessima autem ea quae simili prorsus contraria est.

Dicturum se hoc libro de morbis acutis ostendit evidentissime; incipit autem a signis quae in facie conspiciuntur, quod ea tum cernantur primum tum vires magnas habeant.---

VI. Fuerit autem ejusmodi nasus acutus.

Inter signa mala hoc unum primum, acutum nasum, commemoravit.---

VII. Oculi concavi, tempora collapsa, aures frigidae et contractae et imis partibus inversae. Ad haec cutis circa frontem dura, intenta et arida, colorque totius faciei niger aut etiam pallidus et lividus aut plumbeus.

Et omnia quidem signa haec in diuturnis morbis et laboribus et animi deliquiis et morte potissimum apparent in facie. Licet autem facile epilogismo colligere, quae a naturalibus dissimilia sunt, aliquid mali designare posito eo, quod statim ab initio nemo non potest non fateri, nimirum letalia esse quaecunque naturalibus adversissima sunt, similia autem salutaria. Haec ergo de illis epilogistice dicta

sint a nobis. Jam vero universam eorum naturam diligenter expendamus. ---

VIII. Itaque si principio morbi facies talis est et nondum potest aliis ex notis ulla haberi conjectura, interrogare oportet, an vigilia praecesserit, an ventris resolutio, an inedia. Ac si eorum aliquid fateatur, minus periculi subesse arbitrandum est. An vero eas ob causas facies talis evaserit, una die nocteque judicatur. Sin autem negat quicquam horum praecessisse nec intra tempus praedictum desinit, signum hoc mortiferum esse dubitandum non est.

Periculosissimus morbus est et prorsus incurabilis, in quo statim a principio facies letalis nullam externam ob causam evasit. ---

IX. Si vero morbo jam vetustiore quam triduo aut quatriduo facies talis est, tum ea quae praecepi quaerere conveniet, tum signa etiam alia considerare, quae et in tota facie et in corpore et in oculis.

Principii nomen tum primam illam morbi accessionem significat, quae nullam prorsus habet latitudinem, tum eam etiam quae ad aliquod temporis spatium, non tamen multum producta est. ---

X. Si namque lumen refugiant aut sine voluntate illacryment aut pervertantur aut unus altero minor sit aut quae in his alba esse debent rubescant atque in iisdem venulae lividae vel nigrae sint aut sordes circum oculos appareant aut facti sublimiores sint vel promineant vel vehementer subsederint aut supercilia curva aut rigida maculosa aut visus squalidus et sine splendore et vultus lividus et aspectu terribilis et dentes lividi fiant aut calor totius faciei immutatus sit, haec omnia mala esse et perniciosa existimandum est.

Quae recensuit symptomata commune quidem hoc habent quod praeter naturam sint. Disserunt autem ab invicem quod alia iis quae secundum naturam sunt adversa tantum sint, alia vero quemadmodum ipse prius dixit adversissima. Quamobrem per communem epilogismum omnia quidem perniciosa esse putare oportet, prout vero magis minusve adversa fuerint, etiam magis minusve perniciosa esse. At vero affectus a quibus haec oriuntur expendere praestiterit, a placitis Hippocratis non recedentes. Itaque lumen refugere hoc est aversari ab imbecillitate facultatis videndi provenit, interdum quidem ob instrumentorum affectionem laborantis, quemadmodum in inflammationibus oculorum, interdum vero, et tunc quidem exitiale signum est, per se ipsam affectae. Similiter et ---

XI. Sed et ipsas praeterea oculorum hypophasias per somnos in hunc modum contemplari oportet. Si namque palpebrae non committuntur, sed inter has ex

albo oculorum aliquid appareat, neque id fluens alvus aut medicamentum expresserit nec aeger hoc modo dormire solitus sit, signum malum et admodum exitiale est.

A verbo ὑποφαίνεσθαι Hippocrates τὴν ὑπόφασιν nomen fecit, cuius pluralis est αἱ ὑποφάσεις, ex quo per divisionem Ionicam αἱ ὑποφάσιες. Sed nescio quid Artemidorum et Dioscoridem impulerit, ut ὑποφύσιας cum υ scriberent, quum quid ipse Hippocrates dicat perspicuum sit. ---

XII. Si vero palpebrae aut labra aut nares una cum cujusdam alterius signi accessione pervertantur aut livescant aut palleant, mortem non longe abesse scito. Mortale vero est et labra resoluta, suspensa, frigida albaque videri.

In plurimis quidem codicibus sic habet hujus sententiae initium. ---

XIII. Debet autem medicus aegrum deprehendere in dextrum aut sinistrum latus jacentem, manibus collo cruribusque parum reductis et toto corpore humentem. Sic enim plurimi sani cubant. Cubare autem quo modo sani solent optimum.

Et hoc quidem argumentum est in hac tota libri parte mortifera signa recenseri. --

XIV. Supinum vero jacere manibus collo cruribusque porrectis minus bonum.

Decubitus iste nullo modo bonus est, proinde nec minus bonus recte dici videtur. Nam qui bonus esse nullo modo potest, quomodo recte minus bonus esse dicatur?---

XV. Quod si declivis est et a culcitra ad pedes delabitur pejus.

Ut jacere in latus aliquid adhuc roboris prae se fert, sic et supinus in summa lecti parte decubitus, quomodo omnes quoque cubamus. Proinde etiam si cadaver in latus alterum collocaveris, pronum tamen aut supinum omnino recidet, quemadmodum si summo quoque in lecto sublime statueris. In pedes namque etiam sic relabetur. ---

XVI. Si vero nudis etiam pedibus deprehendatur nec tamen multum calidis et manus, collum cruraque inaequaliter dispersa et nuda habeat, malum. Inquietudinem enim significat, hoc est summam in stomacho molestiam.

Rectissime exceptionem hanc sermoni adjecit: nec tamen multum calidis, siquidem in febris calidissimis una cum reliquis partibus etiam pedes peruruntur: quo fit ut nudare se aegri cogantur. At si febris tanta non est, is qui pedes nudat se vel mollem vel inquietum arguit. ---

XVII. Letale autem est etiam ore hianti assidue dormire.

Ex hoc quoque infirmos esse musculos testatur, qui os claudunt, quemadmodum paulo ante de his dictum est, qui palpebras committunt. ---

XVIII. Eoque supino jacente crura multum contracta disjunctaque esse.

Participium quo utitur Hippocrates potest cum  $\gamma$  vel cum  $\lambda$  utroque modo scribi. Significat autem plurimum inter se distantia. Sed isto quidem modo decumbere perabsurdum est, adeo ut delirium portendat, quum nemo sic jacere consueverit.

---

XIX. Pronum vero in ventrem cubare, si modo per sanitatem non assueverit, aut delirium aut partium ad ventrem attinentium dolorem designat.

Perpetuo nobis in memoriam reducit exceptionem illam quam rebus in omnibus adhibet, ut spectemus an sit consuetum. ---

XX. Quod si dum morbus viget aegrotus velit residere, hoc in omnibus quidem acutis morbis malum, in pulmonis vero inflammationibus pessimum est.

Qui pulmonis inflammatione laborant, queruntur angustia se magna in thorace et pulmone premi, si quando supini jaceant, facilius autem multo, si resideant, spiritum ducere. ---

XXI. Stridere autem dentibus nisi quis a puero consueverit, insaniam et mortem portendit. Sed quantum quidem ab utroque periculi immineat praedicendum. Si vero etiam delirans hoc agat, id jam valde perniciosum est.

Dentium stridor provenit musculis tum temporum tum maxillarum convulsorie motis. ---

XXII. Nec vero ignorandum an ulcere vel ante morbum vel in ipso morbo nato laboret. Nam si aeger moriturus est, lividum et siccum aut pallidum et siccum ante evadet.

Siccum quidem omnino erit ulcus ob imbecillitatem corpus alentis facultatis. ---

XXIII. Caeterum de manuum gestibus sic statuendum est. Quomodo in acuta febre aut pulmonis inflammatione aut insania aut capitis dolore aegrum videris manus ante faciem attollere et quasi muscas inani opera venari et festucas carpere atque floccos a vestibus vel ab adjuncto pariete, si qua minuta eminent vellere, ea omnia mala esse et mortifera censendum.

Gestus manuum, hoc est actiones et motus, quos hoc loco recensuit, eodem modo atque in his qui suffusione, quam  $\nu\pi\circ\chi\nu\sigma\iota\nu$  Graeci dicunt, laborant ab imaginatione proveniunt. ---

XXIV. Porro autem spiritus frequens quidem dolorem aut partis alicujus supra septum transversum inflammationem significat. Magnus vero et longo tempore inspiratus delirium ostendit. Quod si vero frigidus naribus et ore exspiretur, id jam valde perniciosum est.

Totam hanc sententiam accuratissime libro secundo de spirandi difficultate explicavimus, proinde sola nunc capita persequar. ---

XXV. Spirandi vero facilitatem existimare oportet valde magnam vim ad salutem habere in omnibus acutis morbis quibus conjuncta febris est, quiue diebus quadraginta judicantur.

Respirationem secundum naturam spirandi facilitatem appellavit, ex qua nec thoracem nec cor nec pulmonem nec praecordia nec ullam aliam partem quae ipsis connexa sit, dolore vexari cognoscitur. ---

XXVI. er om sudores og er meget lang.

Commentarius I går til afsnit XLII og beskrivelsen fortsættes i Commentarius II.